



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Martini Lvtheri Piae Ac Doctae Operationes In Dvas
Psalmorvm Decades**

Luther, Martin

Basileae

VD16 L 5540

Omnis declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum,
non est usque ad unum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37005

Omnis declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat
bonum, non est usque ad unum.

Quantis ecce superfluis verbis intonat, ut oēs homines inuolua& nemine
expiat. Primo, omnes ait, Deinde, simul, Tertio, non est etiam unus. Est au-
tem aderbitum, simul, hebraismus, quo multitudinem in unum collectam si-
gnificat, ut psal. xij. c. Cuius participatio eius in idipsum, id est, Hierusalem
afficiatur ei simul cum omnibus qui in ea sunt. Et psal. xxx. Exalteamus no-
men eius in idipsum, id est, omnes in unum simul congregati. Ita hic simul in-
utiles sunt, id est, omnes in unum sumpti. Et respectum Prophetæ obseruare
oportet, qui inter homines uidet alios quidem uideri recte incedere, deo ap-
propinquare, utiles esse, bona facere, ut speciosos iusticiarios operarios legis,
qui a uulgo manifestatio peccatorum, Pharisati, id est separati & separata lo-
gic dissimili vita & morum cōsuetudine insignes censentur. Propter hos po-
tissimum sic repetit & ingeminat, omnes, simul, nec unus, ut peccatis feliciter
inuoluat & reos faciat, seu, ut Apostol⁹ ait, ut omne os obstruatur, & obnoxii
us fiat omnis immundus deo, qui nimis infelicitate se lese explicuerunt, ne scedis-
titulis, declinandi, inutilitatis, non facti boni, communicare uiderentur

Tria dicit: Declinauerunt omnes, inutiles facti sunt, non faciunt bonum.
Declinatio pertinet ad impietatem, seu incredulitatem, quaē fons & caput est
malorum: Sicut econtra, pietas, seu fides est initium bonorum, qua ad deum
propinquamus: Oportet enim accedentem ad deum credere, ut dicit Aposto-
lus. Heb. xi. Atque quod hic, declinantibus tribuit, seu recendentibus, seu di-
scendentibus (est enim idem hoc loco uerbum, quod psalmo. vi. Discedite a me
&c) superius insipientibus dedit, dicentibus in corde suo: Non est deus. Decli-
nare enim a deo & dicere in corde, non esse deum, idem sunt, scilicet, non cre-
dere. Sic, Heb. iiij. Videte fratres, ne forte sit in aliquo testrum cor incredulita-
tis, discedenda a deo uiuo. Et hanc fidei defectum in Ecclesia futurum, uide-
tur Apostolus. iiij. Tessal. ii, appellare Apostasiam, dicens: Nisi primum uene-
rit discessio seu defectio (id est, Apostasia), Fidei inq̄, non Romani imperij de Nisi primum
fidei Iesu Christo, hominum operibus Ecclesia uastabitur, sed & ipse seipsum sio, optimachis
exponit. i. Timo. iiiij. Spiritus manente dicit, q̄ in nouissimis temporibus di exponitur.
Icedent quidam a fide, attendentes spiritibus erronis, & doctrinis dæmonio-
rum in hypocrisi loquacium mendacium, & cauteriam habentium stram
conscientiam, prohibentium nubem & abstinere acibis, quos deus creauit ad
percipiendum cum gratiarum actione fidelibus. Dura uerba, aspera sententia
in Romanarum legum tyrannidem, quam suis coloribus graphice depingit.

Omnis autem declinasse dicit, ut eos quoque inuoluant, qui maxime pro-
pitquare deo uidentur. Sicut & Apostolus. iiij. Timoth. iiiij. inuoluit eos, qui
spem pietatis habent, & uirtutem eius abnegant, cum superbis, blasphemis
& ceteris, quos in nouissimis periculisq̄ temporibus futuros prædictit: Immo
propter hos hypocritas (ut dixi) omnia porillimum dicuntur hoc psalmo, q̄ Notent hæc
ij, qui manifeste peccat, minus noxiū sint, q̄ hypocrite isti, cum spete sua, qui hypocrite.
nihil eorum ad se pertinere, tum ipsi credunt, tum alijs perniciose persuadent,
quaē de malis & impijs dicuntur,

Simul inutiles facti sunt, Eadem sententia est, quam supra dixit: Corrum perunt & ab omnina fecerunt studia sua. Id quod pertinet ad mores & operas apostatarum, seu declinantiam, quid enim impius & infidelis faciat, nisi inuidie, abominabile, corruptum & putridum in oculis dei, licet in oculis hominum omnia utilia & bona videantur? Sic Isaiae, lxx. Tunc eorum non erunt in uestimentis, neque operientur operibus suis, opera eorum, opera inutilia, & opera iniquitatis in manibus eorum. Et iterum addit, simul, ut utrunque hominum impiorum turbam comprehendat: eorum, scilicet, qui manifeste peccatis impiementum, nec operientur operibus suis, opera eorum, opera inutilia, & opera

Turba du-
plex hominu-
impiorum.

tatem cordis produnt, & eorum qui bona specie impietatem uestiant, uenientes in uestimentis ouium, intus lupi rapaces.

Non est qui faciat bonum, non est usque ad unum. Quo arguit eorum omnium, ut qui non tantum mala faciant & increduli sint, sed etiam nunquam bona faciant & nunquam pietate sint, ut sic per affirmationem malorum & negationem bonorum, absolute & penitus comprehendat omnes esse peccatores, filios hominum. Nam quod & hic addit, non est usque ad unum, uniuersalem negationem facit, sicut in prioribus duobus uniuersalem affirmatiuam, iterum propter hypocritas, ne patentes se bona facere, praeceteris manifeste malis, nullus bonum.

Nullus facit
(inquit) eorum facit bonum, id est, nullus eorum habet fidem & bona opera,
sed aut mala manifeste, aut tantum specie. Proinde quando spiritus, tanta uer-
borum ueritas, affirmationes & negationes componat, & uniuersaliter omnes pro-
nunciet, esse malos & non bonos. Mirum est, qua subtilitate Neutralis illa
Theologia, repere queat, & sic elabi, ut libere audeat spiritui contra pugnare, & dicere:
Non oia sunt mala hominum opera, sed quae sunt bona, licet haec omnia sine
non meritoria, seu nec meritoria nec demeritoria. Verum oportet scripturam
esse signum cui contradicatur & aquam contradictionis, iuxta quam iurgan-
tibus filiis Israel, iudices & electi Israel absorbeantur:

Hæc tria Paulus Tit. i, brevibus sic explicat: Cum sint abominati & incredibili, & ad omne opus bonum reprobri. Abominati hæc inutiles putridi & corrupti dicuntur: incredibili, seu inobedientes, hæc declinantes, seu recedentes, impiani & infideles; Reprobri uero ad omne opus bonum, hæc non facere uolum bonum, dicuntur. Confitetur tamen se nosse deum, factis autem negant, in quo hypocritas pariter inuoluit, sicut & hoc loco psal. facit.

Iam uide, quod eadem tria repetita sunt, hoc tertio uerbi, quæ primo dicitur sunt, sed hoc interest, quæ primo uerbi sententiam Prophetæ profert, Tertio confirmat eam, sententia diuina, quæ non modo secum concordat, sed etiam latius & uniuersaliter loquitur, quæ idem scilicet de celo dominus, quod ipse in terra uiderit. Hinc Apostolus Roma. iii, solum addat id quod dominum de celo prospexisse & definisse Prophetæ dicit, quod & magis ad institutum Pauli faciebat, qui uniuersaliter omnes & omnium opera sub peccato comprehendere proposuerat, ut humiliati gratiam necessariam agnoscerent.

Sepulchrum patens est guttura eorum, linguis suis dolose agebant, uenenum aspidum sub labijs eorum.

Quorum os